

Alte Drucke

**STATVTA || ORDINIS DOMVS || HOSPITALIS
HIERV=||SALEM. || [Letzte Seite:] AVSPICIIS AC IVSSV
REVERENDISS. D. || F. CLAVDII DELA SENGLE, || ET TOTIVS
...**

**La Sengle, Claude de
Romae, 1556**

FORMA QVAE IN IVDICIIS ordinis nostri seruatur.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150200

FORMA QUÆ IN IVDICIIS
ordinis nostri seruatur.
Consuetudo.



Quoniam 1.
fratres
nostri
Hospitalitatis
& ar-
morum
exerci-
tio pos-
tius q̃

iudicijs animū intendere debent. Mos est no-
bis antiquus à maioribus nostris relictus, ut
in causis quæ inter fratres nostros oriuntur,
summatim et sine aliqua forma iudicij uerbo
tantum & non scripto procedatur, idest, q̃
nulla causæ acta scribantur: sed partes ipsæ
sua iura uoce propria deducunt, & allegāt,

K iij

super quarum nudo sermone iusticia admini-
stratur. Possunt tamen ad probanda iura sua
litteras antea cōfectas producere, ueluti proz
uisiones, testificationes, & alia huiusmodi.
Testes quoq; afferre possunt, qui à concilio
uel à commissarijs ab eo deputatis audiuntur
tur: quorum dicta, si res ita postulauerit,
scribuntur.

F. CLAUDIUS de la sengle.

2. **Q**uem morem longa consuetudine con-
seruatum obseruari uolumus, & pro
lege haberi.

Qui in concilijs ordinis nostri interz
uenire debent.

Consuetudo.

3. **D**vplex habemus concilium, ordinarium
uidelicet & completum. In ordinario
interueniunt Magister & Locumtenens Ma-
gistri seu Magisterij: si quis erit. Episcopus
Meliten. qui nuper introductus est. Prior Ec-
clesiæ. Et octo Baiuliui conuentuales seu eorū

locatenētes. Præterea Priores prouinciarum
 Baiulii per Capitulum qui in conuentu des-
 gent. Thesaurarius siue eius locumtenens. Et
 senescallus Magistri, qui non habet suffra-
 gium. in concilio cōpleto præter supradictos,
 qui etiam adsunt, adhibentur alij duo fratres
 ex qualibet lingua. in utroq; interuenit Vice-
 cancellarius. Soli tamen octo Baiulii conuen-
 tuales aut eorū locatenētes necessario inter-
 esse debent: sine quibus concilium haberi nō
 potest. Alijs uocatis & non uenientibus, soli
 octo Baiulii conuentuales aut eorum loca-
 tenētes concilium tenere, & de omnibus rez-
 bus ad illud pertinentibus determinare pos-
 sunt. Concilium tamen sine Magistro, uel eius
 licentia haberi non potest.

Forma iuramēti admittendi in Conciliū.

F. Baptista de vrsinis.

Nullus admittatur in cōcilium, nisi prius
 in manibus Magistri solemniter iura-
 uerit, quòd tractata uel decreta & conclusa

K iiij

DE CONCILIO Tit. vij.

in ipso concilio cuiq; non reuelabit: nec amore, odio, spe, timore, dolo, aut pretio sententiā feret: præterea quòd statuta & consuetudines ordinis nostri tam in iudicijs quàm in publicis negocijs sincerè & fideliter obseruabit. Qui contra fecerit, sit inhabilis ad obtinendas administrationes & officia nostri ordinis, & pro periuro habeatur, & sententiæ sic latæ nullæ censeantur.

F. Petrus Raymondus Zacoſta.

5. **P**ROhibemus ne aliquis frater ordinis nostri cuiusuis cōditionis fuerit citetur, nisi per Magistrum et concilium ordinarium deliberetur, an sit citandus.

De moderatione Consiliariorum.

F. Baptista de Vrsinis.

6. **V**T maturius res & negocia in concilijs agantur, tractentur, & deliberentur, statuimus quòd Magister Baulhui, Priores, & Castellanus Empostæ, et qui concilijs intersunt, cum silentio partes coram ipsis dis-

ceptantes, eorumq; rationes & allegationes
intelligent, & absq; alia uocis aut sermonis
interruptione audiant, ne fauor alicui partiũ
dari dignoscatur: quinimo æqualitas erga
quẽlibet esse uideatur. Quòd si aliquis præfa
torum contra fecerit, pars quæ in hoc se læs
sam senserit contra facientem siue Magistrũ
siue alium pro suspecto allegare possit, qui
tunc non reddita suspicionis alia causa à con
cilio illico discedat.

Quot causæ in Concilijs proponi possũt.

F. CLAVDIUS de la sengle.

Expeditioni causarum consulere uolentes 7.
statuimus ut in uno quoq; concilio trẽs
tantum causæ proponantur. Et teneantur par
tes, antequam ad concilium accedant, uenire
in Cancellariam, & ibi nomina sua & caus
sæ rationẽ inscribi facere: quæ postea in con
cilio per Vicecancellarium uocabuntur iuxta
ordinem ab eo scriptum. in numero causarũ
non cõprehenduntur petitiones cõmissariorũ.

Quomodo testes examinantur.

Idem Magister.

8. **S**Tatuimus quòd testes hic in conuētu producti coram partibus iuramentum præstare teneantur, & in earum absentia examinentur. Qui quidem testes diuisim interrogabuntur super re de qua fuerit quæstio. Qui autem illos examinabunt, diligenter eos interrogabunt de loco, tempore & scientia, et quomodo res de qua agitur acciderit. Quæ quidem dicta testium, si necesse fuerit, scribantur.

in disceptatione causarum compareant
tantum duo Procuratores.

F. Petrus Raymondus Zacoſta.

9. **A**D euitandas confusiones & iudiciorū prolixitatem statuimus, q̄ quādocunq; erunt differentie inter fratres aut linguas, seu Priores & Castellanium Empostæ, uel Prioratus & Castellaniā Empostæ: pro quibus differentiis discutiendis & decidendis

debeant comparere procuratores coram concilio, s'gadio uel cōmissarijs: nō debeant, nec possint coram prædictis comparere, nisi duo procuratores tantum pro qualibet parte, & quod unus illorum loquatur cum informatione quam habebit, ueniantq; cum decenti habitu longo & sine armis. Qui contra fecerint, plectantur pœna quarantænæ, quam obseruent sedendo & comedendo.

F. Philibertus de Nilliaco.

Optima ratione suasi sancimus quod sc̃s 10.
cularis persona non assistat in concilio ordinis nostri.

Quod frater pro fratre in conuentu præsentē non procuret.

F. Ioannes Ferdinandus de Heredia.

Quia ad submouendas lites & differen 11.
tiarū prolixitates iudicia in nostro ordine ex ueteri cōsuetudine summaria censentur: ne fratres nostri litibus impliciti ab armorum exercitio studium retrahant: Idcirco

prohibemus sub pœna quarantenæ quòd frater nomine alterius fratris in conuentu præsens non procuret, nisi morbo implicitus esset, propter quod comparere non posset. si autem pro fratre absente procurauerit, procuratorem sufficientem ad id agendum exhibere teneatur, de cuius sufficientia per superiorem dignoscatur. Fratres autem Angli et Alemani, si aliud idioma in cōuentu uulgatū præter maternum ignorauerint, præsentes etiam procuratores habere poterunt.

F. CLAVDIVS de la sengle.

12. **S**i uerò linguæ uitio aut alio impedimento quis explicandis suis rationibus aptus esse non uideretur, per procuratorem agere ei licebit: quod Magistri & concilij iudicio reslinquimus.

Quòd Baiuliui & Priores possint habere procuratores.

F. Petrus Daubuffon.

13. **S**tatuimus quòd quandocunq; inter Baiu

liuos capitulares aut conuentuales, Priores et Castellani Empostæ ex una, & commens datarios ac fratres conuētuales partibus ex altera differentia uertitur, in quocunq; iudicio existat, Baiulii & Priores ipsi ad dictā litem procuratores instituere possunt: qui suo nomine cōtra cōmendatarios et fratres conuētuales coram iudicibus iura sua defendant.

Quòd nemo extraneus ordini nostro admittatur ad procurandum in iudicijs ordinis nostri pro Religiosis.

F. Philippus de villers Lisleadam.

NE iudicia ordinis nostri, quæ summaria 14. esse debent, falsis interpretationibus, argumētis et cautelis subuertantur & prolongentur, statuimus quòd sæculares persone seu alterius ordinis regulares cuiuscunq; gradus uel qualitatis admitti non possint ad agendum & procurandū pro Baiuliis, Prioribus & alijs Religiosis nostris coram Magistro & concilijs ac generali Capitulo, nec

DE CONCILIO Tit. vij.

in iudicio sgardiorum, uel ab ipsis aut Prior
re Ecclesiæ uel Mareſcallo conuentus noſtri
commiſſis & deputatis. Per hæc tamen non
intendimus derogare conſuetudini, quæ per
mittit perſonis ſæcularibus deſenſionem cau
ſarum ſuarum in capitulis noſtris prouincias
libus ac alijs iudicijs.

Quòd cæ militũ, capellanorũ et ſeruiẽtiũ
per Magiſtrũ et conciliũ concludãtur.

F. Ioannes de Laſtico.

15. **C**vpidi erga fratres noſtros æqua iuſti
tiæ ſtatera procedere, et ne minor à ma
iori opprimatur, ſed unicuiq; iuſtitie æqua
litas appareat: ideo omnes differentias, quas
ratione cabimenti uel melioramenti oriri con
tigerit inter fratres milites ex unà, ac fra
tres capellanos uel armorum ſeruientes par
tibus ex altera, Magiſtro & concilio deci
dendas reſeruamus, et eas ab ipsis decidi de
cernimus & uolumus.

De modo tractandi in concilijs,

F. Baptista de Vrsinis.

Statuimus quòd in concilijs, quando de ali 16.
 qua re agi oportet, antequam ad suffra-
 gia danda deueniatur, eo de quo deliberari
 debeat in medium propositò, quilibet còsilia
 rius ordine non seruato pro suo arbitrio alle-
 gare, dicere, proponere quod ad rem perti-
 neat, omni semota reprehensione, ualeat. Et
 cum res peroptimè discussæ & agitæ fue-
 rint, quot opiniones reperientur per suffra-
 gium balottarum scrutinium recipiant: &
 pars quæ plures balottas obtinebit, pro se sen-
 tentiam & conclusionem habuisse censeas-
 tur. statuentes quòd omnes res & negocia
 cuiuscunq; naturæ fuerint, quæ per concilia
 tractantur aut deliberantur, per scrutinium
 balottarum còcludantur, aliàs deliberationes
 nullæ censeantur.

F. Ioannes de Homedes.

Idem obseruari uolumus in Capitulis pro- 17.
 uincialibus et Assembleis. Quod secus actū

fuerit, sit irritum & inane.

De modo & ordine balottandi.

Idem Magister.

18. **M**Aiores nostri maximè interesse Reipublicæ existimauerunt, ut libera essent iudicia, & suffragia quàm occultissima. ideo usum balottandi inuenerunt: sed quia nihil scriptis mandatum est, placuit nobis paucis uerbis perstringere. Quare statuimus ut quādocunq; plures q̃ duo fuerint competitorēs dignitatis uel officij, pro uno quoq; balottetur, ac in suffragia eatur ordine ancianitatis: nisi aliquis eorum sit ex primoribus nostri ordinis (quos magnæ crucis appellamus) nam pro eo primò in suffragia eundum erit, hac forma. Post iuramentum præstitum statutus ordinatum prius nominato competitore, pro quo primum balottandum est, vicecellarius duas urnas uidelicet albam & nigram in manibus gestans primum Magistro, postea cuiq; cōsiliario quo sederit ordine præsentet:

sentetur in utram uoluerit pixidem calculū
 seu balottam dimittat. si suffragari uelit, in
 albam: si uerò refragari, in nigrā. Quo per
 acto, calculi palam numerentur, & vicecan
 cellarius suffragia albæ scriptis mandet. Eas
 dem ratione pro secundo, tertio, & pro reli
 quis (si tot fuerint competitores) est balot
 tandum. Deinde numeratis calculis omnium:
 is qui plures balottas uel suffragia habuerit,
 pronunciat electus à vicecancellario. At si
 ad æquilibrium suffragiorum uenerint, tunc
 ancianior in Religione electus promulgabit
 tur: nisi filius Arnaldus fuerit magnæ cruz
 cis, nam ille electus promulgabitur: uel si fue
 rit eiusdem passagij, ad concilium completum
 remittetur electio. In alijs uerò cōtrouersijs,
 si ad æqualitatem calculorum deuentum erit,
 res ipsa decidenda & diffinienda ad idem
 concilium completum absq; alia appellatione
 deducatur.

F. Remondus Berengarius.

L

19. **S**ancimus cōsuetudinē et usum statuto scripto præualere nō posse: ubi uerò nō fuerit statutum scriptū, usus & cōsuetudo militet.

De Appellationibus.

F. CLAVDIVS de la Sengle.

20. **A** decretis Capituli generalis (quod est summum & supremum ordinis nostri iudicium) nulli fratrum nostrorum liceat appellare. In causis item criminalibus non appellatur, aut si de correctione regulari agatur. Nec etiam ab electione fratrum & commendatariorum in Baiuliuos magnæ crucis: à promotione tamen potest appellari, id est, à translatione Baiuliuorū ad alias dignitates. In creationibus quoque officialium appellatio locum non habet. A declaratione quoque super suspitione commissariorum aut consiliariorū non datur appellatio. Nec ab executione aut mandato exequendi. Neque à sententijs Capitulorum prouincialium, quæ summam scutorum centum non excedant, & id inter fratres

tres: sed in causis uertentibus inter fratres
 & laicos pro quacunque summa, re & ne-
 gocio non liceat fratri à sententia Capituli
 prouincialis appellare. in alijs autem casibus
 & controuersys omnibus, liberum cuique esto
 appellare. Incidentes autem & emergentes
 in controuersys casus omnes iudicabuntur
 per commissarios ad id deputatos, à quibus
 ad eos, à quibus fuerint deputati, appellari
 poterit: A quorum sententia super istiusmo-
 di appellationibus lata nulli appellare licebit.

intra quod tempus appellandum est.

Idem Magister.

Intra decimum diem à publicata & proz 21.
 nunciata sententia appellandum est, si in
 conuentu feratur: si uero extra, intra idem
 tempus, dummodo pars fuerit præsens aut eius
 procurator: quòd si non adfuerint, numeran-
 tur à die quo de sententia factus fuerit cer-
 tior, aliter illi consensisse intelligitur. A sen-
 tentia autem super incidentibus à commissariis

L ij

DE CONCILIO Tit. vij.
rijs lata eodē uel postero die appellandū erit.
De ordine appellationum.

Idem Magister.

22. **A** Priore & Assemblée & à Priore so-
lo appellatur ad Capitulum prouincias
le: & inde ad concilium ordinarium. Quòd si
causa in Capitulo prouinciali initium habue-
rit, ab eo ad concilium ordinarium, & deins-
de ad completum: ita tamen, quòd si Capitu-
lum prouinciale confirmauerit sententiā As-
sembleæ uel Prioris, aut concilium ordinariū
sententiam Capituli prouincialis (si in eo lis
cæpta fuerit) talis sententia executioni man-
dabitur, non obstante appellatione. si uerò lis
coram concilio ordinario inchoata fuerit, ab
eo appellatur ad completum: & inde ad Ca-
pitulum generale. Verū quod per concilium
completum fuerit iudicatum: etiam si ad Ca-
pitulum generale fuerit appellatum: exee-
quendum erit.

De tēpore prosequēdæ et finiēdæ appellois.

Idem Magister.

Si à Priore & Assemblée, uel à Priore so- 23.
lo ad Capitulum prouinciale fuerit appel-
latum, tenetur appellans in proximè sequenti
capitulo appellationem suam proseguire & fis-
nire. Quòd si non fecerit nullo legitimo impe-
dimento prohibitus, appellatio ipsa deserta cē-
seatur. si uerò à Capitulo prouinciali ad con-
cilium ordinariū, datur illi annus, & ex ius-
ta causa biennium ad causam proseguendam
& finiendam. Si à concilio ordinario ad cō-
pletum, conceduntur quatuor menses. si à cō-
cilio cōpleto ad Capitulum generale, in pro-
ximo Capitulo proseguire et diffiniri procuret.
Aliter (ut supradictum est) pro deserta has
beatur. Appellatio autem à sententia super
incidentibus à commissarijs lata intra decim-
um diem ab ea interiecta proseguenda &
finienda est.

De appellat. frat. Capellanorū obedientiæ
et seruiētium officij extra conuentū.

L iij

idem magister.

24. **L**iberum erit fratribus capellanis obedientie, & seruientibus officij uel stagij (si à suo Priore uel cōmendatario, cuius obedientie suppositi sunt, grauati fuerint) ad Priore & Assembleam uel ad prouinciale Capitulum appellare. Per quod etiam decidentur cōtrouersiæ, quæ inter dictos fratres obedientie, officij, uel stagij & Priores uel commendatarios oriri contigerit.

Quod sententiæ scribantur et publicentur.

idem magister.

25. **S**tatuimus q̄ decreta & sententiæ capitulorum generalium conciliorum & sgardiorum in conuentu scribantur per vicecancellarium, capitulorum autem prouincialium & Assemblearum per secretarium, & per eos publicentur & pronuncientur: Et fiant de eis libri & registra.

De moderatione fratrum in congregationibus linguarum.

F. Petrus Daubuffon.

Quoniam plerunq; contingit contra om- 26.
nem modestiam, honestatem & reuer-
rentiam, ueræ, illibatæq; obedientiæ, q̄ fra-
tres in congregationibus linguarum utuntur
gestis & actis indecentibus nulla reuerentia
in Baiulios & superiores seruata: quinimo
consultationes & deliberationes, in dedecus
ordinis & præiudicium publici cōmodi, per-
turbant: Ea propter statuimus quòd Baiulii,
Priores. Cōmendatarij & fratres cuiuscūq;
conditionis fuerint, in congregationibus lin-
guarum in conuentu debeant uti modestia et
temperantia in sedendo secundum eorum or-
dinem & gradum, audientes Baiulios uel
eorū locatenentes in his quæ proponunt, etiā
procuratores tam dictæ linguæ fratres q̄ al-
terius, aut partes in causarum disceptatione,
ita q̄ non dent eis molestiam uel aliquā per-
turbationem. Et ita cum maturitate & quie-
te intellectis propositis ac differentys debeāt

DE CONCILIO Tit. vij.
pro eorum ordine & gradu dare suffragiū,
& loqui: lingua quoq; compleat suam delibe-
rationem. Cui si quis contradixerit, aut pro-
pterea se senserit grauatum ab illa delibera-
tione ad Magistrum & concilium ordinariū
habeat recursum. Coram quibus sua iura al-
legabit, iusticia quoq; partibus auditis mini-
strabitur. Qui contra fecerit, in pœnam quas
rantenæ labatur.

De usu balottarum in linguis.

F. CLAUDIVS de la sengle.

27. **V**T liberius fratres nostri suffragia &
uota sua in linguis dare possint, statui-
mus quòd quandocunq; in dictis linguis aut
Prioratibus tractari contingeret de gratijs fa-
ciendis, aut de nominandis fratribus ad Ba-
iuliatus & dignitates, debeant uti balottis,
prout in concilio fieri solitum est. Gratia au-
tem facta nō censetur, nisi concordi omnium
fratrum uoto facta fuerit.

De collectis linguarum.

F. Baptista de Vrfinis.

Statuimus, antiquam & ueterem consuet^{28.}
tudinem sequentes, quòd in collectis Alber
giarum per fratres tantū deliberari & tra
ctari possit de uineis, domibus, cameris &
possessionibus linguæ uel Albergiæ. Caue
antq; fratres sub inobediētiæ pœna, ne in dis
ctis collectis tractare aut cōcludere de rebus
quæ quouis modo ordinis Rempublicam con
cernant, aut aliquod arduum ultra antiquam
consuetudinem audeant uel præsumāt. Quod
si contra fecerint, nullius roboris censeatur,
pœnamq; inobediētiæ incurrant.

De eodem.

F. Fabritius de Carreto.

Quia bonū uniuersale totis uiribus pro^{29.}
mouendum est, statuimus q; quando
cunq; in cōgregatione cuiuslibet linguæ siue
collectæ disceptabitur, de ædificatione, uel in
stauratione domorum siue Camerarum, &
cultiuatione siue directione uinearū, et alias

rum possessionum stabiliū linguarum, & duæ partes fratrum dictæ linguæ deuenierint concordēs in unam sententiā, eadem mandetur executioni: quam tertia pars dissentiens non possit impedire. Cætera autem negocia dictarum linguarum remanent intacta in sua antiqua consuetudine & robore.

De licentia Baiuliuorum & Priorum

F. Petrus Raymondus Zacoſta.

30. **S**Tatuimus q̄ Magister non possit dare licentiam recedendi de conuentu Baiulii conuentualibus & capitularibus, Prioribus & Castellano Empostæ sine scitu & consensu concilij completi, ita q̄ tres partes in una opinione concordent: aliàs deliberatio sit nulla. Et si Magister contra fecerit, licentia nulla sit. Et nihilominus cōtra eos, qui uigore talis licentiæ recessissent procedatur tanq̄ contra eos, qui sine licentia de conuentu recedere præsumunt.

F. Petrus Daubusson.

Attamen Magistro & concilio ordinaz 31.
 Ario pro negocijs publicis ordinis nostri
 aliquem ex prædictis destinare ad partes oc-
 ciduas seu extra conuentum liceat.

De literis expediendis per Magistrum

& Concilium.

F. Baptista de Vrsinis.

Statuimus q̄ literæ saluorum conductoriū, 32.
 licentiarum recedendi de conuētū, instru-
 ctiones, literæ missiue, & aliæ patētes, quæ
 per Magistrum & concilium ordinariū siue
 completum deliberantur & cōceduntur, per
 vicecancellarium tantum expediātur, manu
 propria ab eo signentur, ac in Cancellaria
 saluo vicecancellarij iure registrentur: aliàs
 concily auctoritatem non habeant.

F. CLAVDIVS de la sengle.

Volumus & mandamus quòd omnes liz 33.
 teræ supradictæ magno sigillo Magis-
 tri in cæra nigra sigillentur.

De audientia publica.

F. Philibertus de Nilliaco.

34. **L**audabili institutione sancitum est quod qualibet hebdomada die ueneris Audientia publica celebretur. In qua assistant Magister siue eius Locumtenens, Baiulii conuentuales, & per Capitulum Priores, Castellanus Emposta, & ceteri qui adesse solent in concilio ordinario, præterea Castellanus, iudices appellationum, & ordinarius, & vicecancellarius. Vbi sæcularium querelæ, & supplicationes quorumcunq; legantur & audiantur, & secundum casum emergentiam, meritis causarum sapienter discussis, super his provideatur: ut querelarum materia prorsus extinguatur, & cuiq; ius suum tribuatur.

F. CLAVDIVS de la sengle.

35. **C**apitaneus & iudex ciuitatis nostræ, & magister notarius Castellaniæ in Audientia adesse solent. Licitum est etiam Magistro & concilio ad illam uocare aliquos probos uiros iuris peritos, prout eis necessas

rium uidebitur.

De officialibus syndicandis.

Idem Magister.

AEquum est ut unusquisq; actionū suarum rationem reddat. statuimus quòd Castellanus, uicecastellanus, iudex appellatiorum, & ordinarius, capitaneus, iurati, iudex, & omnes & singuli officiales ciuitatis nostræ soliti syndicari, debeāt syndicari per duos commissarios unum religiosum & aliū literatum per Magistrum & concilium ordinarium eligendos: prout hactenus consuetum est: ut, si qui deliquerint, puniantur.

De Bulla Magistri & conuentus.

F. Nicolaus Lorgue.

AD deliberatorum exploratam indubita tamq; noticiam non immeritò sigillorū ac bullarū impressiones cuneiq; inuenti sunt. Hinc firma sanctione decretum est ut duo cunei ferrei fabricentur, quibus Magistri & Baiuliuorum imagines sculpantur, et his tan-

DE CONCILIO Tit. vii.

quam bulla conuentuali conuentus utatur. Hac bulla omnes & singulæ concessiones, procuraciones, permutaciones, obligationes, prouisiones & cætera, quæ per deliberationem Magistri & conuentus, seu concilium, & generale Capitulū expediuntur, & quæ sub bulla plumbea cōmuni expediri consueuerunt, muniantur & bullentur.

Quòd procuratores cōis ærarij in causis ad id spectantibus non excludatur.

F. Petrus Daubusson.

38. **S**ancimus quòd in cognitione & decisione causarum communis ærarij excludi non possint uenerabiles magnus Cōmendatarius & Procuratores dicti ærarij, qui pro inueteratā cōsuetudine interesse solent. Quia priuatas eorum causas nō agunt, sed cōmunes.

F. CLAVDIVS de la sengle.

39. **I**ta tamen quòd inter litigandū nō loquantur quod ad causam pertineat: sed procuratorem deputent, qui causam ipsam nomine

erarij agat & prosequatur.

Quòd frater fratrem ad aliud iudicium
non trahat quàm ordinis nostri.

F. Philibertus de Nilliaco.

Absurdum & penitus ab ordine nostro 40.
alienum est (cui grauiſſimum plerunq;
attulit detrimentum) quòd fratres nostri fidei
catholicæ tuitioni aſcripti litibus implicen-
tur, et iugo obedientiæ reiecto ſe ad aliud tri-
bunal extra noſtrū ordinē conferāt. ſtatutis
enim et cōſuetudinibus ſubiectioni ſunt, quibus ſua
iura defenduntur, et iudicātur per ordinis no-
ſtri iudiciū nō dilatoriū, quatenus cauſæ bre-
uitate ſopiantur, et fratres noſtri litibus im-
munes armis exercendis liberius uacare poſſint.
Prudenti igitur ſanctione ſtatutum eſt, qd fra-
tres noſtri quacūq; ex cauſa nullo pacto uas-
leant aut poſſint extra noſtrū ordinem corā
quocūq; iudice eccleſiaſtico uel ſæculari fra-
tres ordinis noſtri in cauſam trahere, et con-
tra eos procedere, ſeu lites cōteſtari, uel pro-

DE CONCILIO Tit. vij.

cessum conficere declinando ab ordinis nostri iudicio. Quòd si quis contra fecerit, ancianitatem perdat, & per quinquenniū omni administratione priuetur.

F. CLAVDIVS de la sengle.

41. **P**Ræterea causam perdāt. Qui uerò à sententijs nostris extra Conuentum, aut nostri ordinis iudices appellauerint, uel prouocauerint (etiam si appellationem uel prouocationem prosecuti non fuerint) à causa sua cadant, & re de qua contēditur eo ipso priuati existant.

DE FERIIS.

Feriæ quæ seruari debent in iudicijs
nostræ Religionis.

In Ianuario.

Circuncisionis Domini.

Antonij Abbatis.

Fabiani & sebastiani.

Conuersionis sancti Pauli.

Februario.

In Februario.

Purificationis B. Mariæ.

Blasij episcopi & martyris.

Agathæ uirginis.

Cathedræ sancti Petri.

Mathiæ apostoli.

Martio.

Gregorij papæ.

sancti Ioseph.

Annunciationis B. Mariæ.

Aprili.

Georgij martyris

Marci euangelistæ.

Maio.

Philippi & Iacobi apostolorum.

Inuentionis sanctæ Crucis.

sancti Iohannis ante portam latinam.

Iunio.

Barnabæ apostoli.

Iohannis Baptistæ cum tota octaua.

Petri & Pauli apostolorum.

M

DE CONCILIO Tit. vij.

Commemorationis sancti Pauli.

Iulio.

Visitationis B. Mariæ.

Mariæ Magdalene.

Iacobi apostoli.

Sanctæ Annæ.

Augusto.

Petri ad uincula.

Dominici confessoris.

Transfigurationis Domini.

Laurentij martyris.

Assumptionis B. Mariæ.

Bartholomæi apostoli.

Augustini episcopi.

Decollationis sancti Ioannis Baptistæ.

Septembri.

Natiuitatis B. Mariæ.

Exaltationis sanctæ Crucis.

Mathei apostoli & euangelistæ.

Michaelis archangeli.

Hieronymi confessoris.

DE CONCILIO Tit. vij. 90

in Octobri.

Francisci confessoris.

Lucæ euangelistæ.

simonis & Iudæ.

Nouembri.

Omnium sanctorum.

Commemorationis animarum.

Martini episcopi.

Præsentationis B. Mariæ.

Catherinæ uirginis.

Andræ apostoli.

Decembri.

Nicolai episcopi.

Ambrosij episcopi.

Conceptionis B. Mariæ.

Luciæ uirginis.

Thomæ apostoli.

A uigilia Natiuitatis Domini usq; ad diem
Epiphaniæ, cum duobus sequentibus.

Feriæ Mobiles.

A die Iouis ante Carnispruium usq; ad diē

M ij

DE CONCILIO Tit. vij.

Cinerum inclusiue.

A die sabbati ante ramos palmarum usq; ad
octauam Paschæ inclusiue.

Die Ascensionis Domini.

Die Pentecostes, cum duobus sequentibus.

Die corporis Christi, cum octaua inclusiue.



Forma